Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Virga directionis virga regni tui. Et salomon. Qui parcit baculo odit filium suum. Et apls. Quid vultis in virga veniam ad vos an in mansuetudine. Hec autem virga illis veritas in draconem qui leve correpti se emendare nolunt. Quia qui incorrigibiles existunt tandem divine ultionis iram et indignationem super se eventem sentiunt. Unde ps. Reges eos in virga ferrea et tamquam vas figuli confringes eos. Sicut igitur divina correctio alias est virga alias est draco. Alios misericorditer castigat alios insanabiliter perurit. Hui autem caudam moyses tenet et in virgam versam conuertitur qui aliquis iur iustus vindictam peccatorum minetur suis orationibus adimit. Cum enim deus ab ultionis ira placatur tunc draco seuiens in virgam conuertitur. Hui spiritus i candam David tenebat qui videns angelum pestiferum clamabat. Ego sum qui peccaui. Ego iniquitatem egi. Isti qui oues sunt quid fecerunt. Ouertatur obsecro furor tuus a populo tuo. Similiter autem et phyrnices de quo scriptum est. Sternat phyrnices et plaguam et cessauit quassatio. Sic et moyses iste ceu a domino dicitur. Dimitte me ut deleam populum istum.

Dixitque dominus rursum. Mitte manum tuam in sinum tuum. Quam cum misisset in sinum protulit leprosam instar niuis. Retrahe aut manum in sinum tuum retraxit et protulit iterum et erat similis carni reliquae. Si non crediderint inquit tibi neque audierint simonem signum prioris credent verbo signi sequens. Iohannes namque moysi i hebreorum populis intelligitur. Sinus eius ita promissionis. Mitte inquit manum tuam in sinum tuum. id est due populum in iam promissionis. Traxit autem moyses manum de sinu. significans populum per peccata sua ducendum esse in captiuitatem. Unde et manus leprosa apparuit. quia nisi leprosa fuisset de sinu non traheretur. Nisi populus peccasset in captiuitatem non duceretur. Sed quid ait psalmista. Vt quid domine aduertis manum tuam de dextera tua de medio sinu tuo an in finem. Hoc est enim quod sequitur. Retrahe aut manum in sinum tuum. i. reduce populum de captiuitate iterum in iam suam. Ducitur namque in captiuitatem quotiens se peccatis

se confitebatur et veniam agens dei misericordiam implorabat. moyses a misericordissimo domino exaudiebatur. Et qui leprosus de patria electus fuerat mundus per penitentiam redibat. Vnde et subditur. Retraxit et protulit iterum et erat similis carni reliquae. Sicut igitur qui neque per virgam neque per serpentem defecit. neque per minis neque per duram correctionem corrigebantur saltem de patria expulsi ad veniam redire cogebantur. Quod si neque sic conuertebantur sed adhuc in sua malitia persistebant. electos quoque diuine ultionis gladius persequebatur. quo semper cadentes in populo sanguine volutabantur. Et hoc est quod dicitur Si non crediderint tibi neque audierint simonem signum prioris credent verbis signi sequens.

Quod si nec duobus quidem signis hiis credidierint neque audiuerint vocem tuam sume aquam fluminis et funde eam super aridam et quicquid auseris de fluuio i uertetur in sanguinem.

Quod enim dicitur si non audierint simonem signum prioris. Hoc est quod in euangelio dominus ait. Si verbis non vultis credere operibus credite nam et signa sunt modo loquuntur. et non mutus signum quam verbis creditur. Sed quid per aquam fluminis quid per arida intelligitur. Atque et enim multe populi multi. Aqua fluminum de fluminis quam de toto populo pars aliqua separatur. Funditur autem super iam quam a sue habitationis loco ad alias duas nationes. Nec quidem in sanguinem uertitur si inimicorum gladius percussa cadat. Hoc est enim quod Ezechiel dicit ut caput et barbam radat. et accepta statera in tres partes pilos diuidat. Vna pertinent combuitur in medio ciuitatis alteram gladio concadat. tertiam in ventum dispergat. postque se domini gladium missurum esse dicit. Barba namque populus est uidelicet cui una pars in medio ciuitatis igne et fame perit. Altera in eodem loco gladius hostium est truncata. tria uero super iam effusa et ubique gentium dispersa. diuine ultionis nusquam gladium effugere potuit. Dixitque moyses. Obsecro domine non sum eloquens ab heri et nudius tertius et ex quo locutus es ad seruum tuum impeditioris et tardioris lingue sum. Non sum inquit eloquens ab heri et nudius tertius per